

Mythologia, Francfort, 1581 - III, 13 : De Morte

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - III, 13 : De Morte](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 14 : De Mort](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 13 : De Mort](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Francfort, 1581 - III, 13 : De Morte, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 02/12/2025 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5928>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 234-236

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Mort](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

cum terram semper circumeat: nam sole inferiore cœli parte sub terra occultato, apud nos umbrâ esse terræ necesse est, cum nihil aliud sit Nox, quàm umbra terræ. Hanc ipsam Noctē tamen nonnulli Cupidinis filiam fuisse dixerunt, ut testatur Orpheus in Argonauticis in his carminibus:

καὶ Διὸς ἡμεῖς παῖς καὶ κυρὸν ἔρωτα,
 ΝΥΚΤΟΣ ἑγγύτης πατρίσιν αὐτὸς, ὃν ῥα φάνηται
 ὁ πλοῦτος καλὸς ἱερᾶν· πρῶτος γὰρ ἰφάνη.
geminum præstantem dicite Amorem
Obscura nobis patrem; dixere Phœnetem
Illum mortales quod primum apparuit ille.

Nox a nocendo.

Quod certè nulla alia de causa fictum est, nisi quòd amoris ratio plerumque reddi non possit, aut quòd eius causam conveniat plerumque nocte & silentio occultari. Hanc in curru vehi sinxerunt antiqui, quia nihil cum labore sit diurnum, & ad narrationis voluptatem. Dicta est eadē mater omnium, quia rerum omnium partum antecesserit. & à nocendo Nox dicitur, ut quidam voluerunt, quia noctis humor infestus sit hominibus, quod vel in laborantibus scabie, vel febre, vel aliis morbis, patet: qui quidem graviore sunt, magisque infestant per noctem. nunc de Morte dicamus.

De Morte,

CAP. XIII.

MORS cum esset sola propè & potentissima omnium inferorum satelles, omnesq; mortales ad Acherontem finium trauciendos deduceret, nihil propè de se fabulosum audiuit: nisi quòd soror esset Somni, ut scriptum reliquit Homerus in lib. I. Iliadis:

ἐν δ' ὕπνῳ ἑὺ μὲν λητο καὶ σὺ γῆτ' ὦ θανάτῳ:
Tum Mortis fratrem Somnum convenerat ipsa;

quodque à Nocte matre sua fuisset educata. Quare memori prodidit Pausanias in Eliacis apud Eleos in templo quodā sceminam expressam fuisse, quæ pueros sopitos sustineret, manu quidem dextra, album; at sinistra alterum nigrum, & hunc dormienti similem; ambos distortis pedibus: quorum inscriptiones indicabant, alterum esse Somnum, alteram Mortem, at scemina quæ illos alebat, Nox erat. Mos erat Morti gallinæ gallinaceum, sicuti Marti & Æsculapio aliquando immolare, quòd ea victima Nox lætaretur ut silentium suum infestare, ac

sepius

Sæpius perturbante. Hanc finxerūt antiqui alas habere nigras, ut ait Horatius in secundo libro sermonum in his:

Sem mors atræ cum volat alis,

& illud:

Et mors atra caput fuscis circumvolat alis.

Hæc ipsa mors omnium malorum, hæc omniū humanarum calamitatum, hæc omnium dolorum remedium optimum data est hominibus Dei sapientissimi beneficio, quod in illa epigrammate suauiter expressit Agathias:

*τοὶ θάνατον τί φοβῶνται, τὸν ἡούχης θνήσκοντα,
τοὺς πάντας νόσους, καὶ πᾶν δάμνασθαι;
μῦθος ἄρα ἐστὶν τοῖς παραγόντισι, καὶ ποτ' αὐτὸν
ἔστι τις ἐν τῷ δυνάτορι ἰσχύων.
οὐδὲ νόσος, πομπή, καὶ ποικίλα, ἅμα τ' ἐν ἄλλῳ
ἰσχύων ἐστὶν, καὶ ματαβόλαιαι.*

Curtior est vobis genitrix Mors alma quietis,

Qua morbos placat, pauperemque leuat?

Illæsemel tantum mortales visere suenit,

Nec quisquam vidit mox rediisse vitæ.

Sæpe recurrentes cum vexent corpora morbi

Mutati, huc illuc & sine lege sinant.

Hæc vna durissima omnium Deorum, maximeq; implacabilis habebatur: quæ cum nullius precibus flecteretur, nulla etiam sacrificia, nec templa, nec sacerdotes, nec ritus sacrorum obtinuit. Huius duritiem & implacabilem voluntatem ita significauit Orpheus in hymnis:

οὐτ' ἄρ' εὐχαῖς οὐδ' πένθι μίσος, οὐτ' ἄρ' αἶσος,

Nec prece, munerebus nec implacabilis Vlla.

Induta erat veste stellata, quæ erat atræ coloris. Hanc miris laudibus antiqui sapientes extulerunt, ut solam portum sedemq; iustissimam quietis. Hæc multis corporis morbis nos liberat, hæc tyrannorum crudelitati subtrahit, hæc principibus adæquat, hæc omnibus viris bonis iucundissima accidit, nisi quantum naturæ leges repugnant: neque quisquam est, quin eam latissimo animo excipiat præter sceleratos, qui graviora se passuros esse post mortem iam nunc viuentes augurantur & quasi præsentunt. Huius laudandæ amplissimum & vberissimum argumentum habuit Alcidas, qui orationem composuit de laudibus Mortis. hæc multis rationibus æquo animo

ferendam esse demonstravit Plut. in consolatoria. Et profectò nihil aliud est vita, quàm vsura lucis à Deo nobis mutuo concessa; quæ si repetatur, non ægrius ferendū est, quàm si in domum amici profecti vesperti domum nostram redire; aut instrumentum mutuo acceptum, reddere domino iubeamur. quare nulla certè nobis fieret iniuria, si à Deo quod suum est repetatur. de qua quoniam nihil mysticè dictum ab antiquis video, reliqua quæ de illa dicuntur fabulosè prætermittere deinceps, & de Somno pertractare.

De Somno

CAP. XIII.

QVOD Somnus ex Erebo Noctæque natus sit, dictum est iam superius: cui præter supradictas Mortem sororem etiam addidit Orpheus. Huic *Ἰλπίδας* siue Spes sorores quidam ex antiquis iunxerunt. Hunc tamen non ab inferis, sed è cælo missum fuisse ad Palinurum scripsit Virgilius libro 5.

*Cum lenis ætheris delapsus Somnus ab astris
Æra dimans tenebrarum, & dispulit umbrat
Te Palinure petens.*

Hunc alatum esse tradiderunt poetæ, quia celerrimè universum terrarum orbem peragret, & leuissimus ac tacitus inopinantium oculos aggreditur, ut ait Tibullus in secundo Elegiarum:

*Post hæc Venit tacitus fulvus circumdatque alis
Somnus, & incerto Somnia nigra pede.*

Illud verò quod scribitur ab Homero in principio secundi libri Iliadis, nō faciliè intelligo, cur Somnus scilicet à Ioue mittatur ad excitandum Agamemnonem, quo armari iuberet multitudinem: cum sit Somni munus vel magis etiam opprimere somno grauatos, quàm excitare: nisi tamē pro Somno Somnia ibi intelligantur. Hic Somnus facit ut vulnera, ut vincula, ut seruitutem, ut carceres, ut omnia incommoda mortales, dum adest, æquo animo ferant, ut omnium malorum obliuiscantur, ut omnes animi curæ sollicitudinesque recedant, ut ait Euripides in Oreste:

*ὦ φίλαν ὕπνου εἰληνητρον, ἰπικουρον νόστυ,
ὥς ἡδ' ὅ μοι προσήλασε ἰσθ' ἰσθ' ἰσθ' γὰρ.
ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὥς εἰ σοφὴ,
ἅπαντα θυσοῦσιν ἐκταΐα θεός!*

Somme